

posterum fuisset, vel omnino perdere tur-
pissimum. Hæc in memoriam revoces velim
dum Tomi II. partem alteram accipis. Sed
quorū (nescio quis reponit) tanta Itali-
carum rerum farrago, totque de uno ar-
gumento Scriptores? qui si novi semper ad
priorēs accedant, singulisque Tomis alter ac-
crescat, pro simplo duplum brevi opus ef-
ficietur. Ego contra id mihi votis omnibus
factum velim: in eximiam namque Claris-
simi Muratorii laudem cessurum non du-
bito quod ille ob copiam rerum vitio
nunc vertit, cùm posteri nihil sibi subla-
tum injuria temporum dolebunt. Præterea
quis umquam cavilloſus licet criminetur ho-
minem, qui designatum sibi stadium vali-
do cursu sit emensus? Auctores omnes re-
rum nostratium ab anno Æræ Christianæ
D. ad MD. colligendos sibi præposuit Mu-
ratorius noster, cùmque in dies MSS. Co-
dices ad nos deferantur, locus etiam iis
non sinè injuria negandus. Quod si cui-
quam de iisdem temporibus, iisdemque re-
bus commune pluribus ingratum fuerit ar-
gumentum, illi malè quidem sapit palatum,
nec umquam novit, quæ sit in percurrendis
de una re variis Historicorum scriptis utilitas
ad veram exactamque notitiam enuclean-
dam, eumque ad doctissimam ejusdem Mu-
ratorii præfationem remittimus. Hæc sanè
plusquam tecum oportuerat, Erudite Le-
ctor;